



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 1. Figuræ, Symbola. Ex Veteri. Ex Novo, Patribus, & aliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

O.

TITULUS I. OBEDIENTIA

Erga Deum, & Superiores.

§. I.

Figure. Symbola.

Ex Veteri.

Fecitque ei tunicam polymitam. Gen. 37. 3. Obediencia talaris est tunica? quam Joseph, quod sonat *accrescens*, vel *augmentum*, id est, quilibet perfectus, donò clementionis gratiæ, quæ est mater credentium, singulariter induit. S. Bernardus s. in Cœna D.

Pascitur inter lilia. Cant. 2. 16. Est Christo obediendum: quia obediens ei sunt lilia; habentes candorem munditiæ. S. Thom. Aqu. hic.

Ubi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur. Ezech. 1. 12. Rotæ, in quibus est spiritus vitæ, semper eunt in voluntatem Domini perficiendam; nec revertuntur ad faciendum suam. Si jubentur præesse; præsumunt in sollicitudine: si jubentur subesse; in humilitate; si aliquibus coesse; in charitate. S. Bernardus tr. de dignit. div. amoris c. 8.

Stella vocata sunt, & dixerunt ad sumus. Baruch 3. 34.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Vidimus stellam & venimus. Matth. 2. 2. Stella hominis Fidelis est obediencia, ductusque Superioris. Corin. hic.

Impleverunt ambas naviculas. Luc. 5. 7. Duæ naviculae, prælatura, & subjectio; jussio, & obediencia. Sim. Cass. l. 9. c. 15.

Statim prodit, qui fuerat mortuus; ligatus manus, & pedes, institus; & facies illius sudario erat ligata. Joan. 11. 44. Comprehende, si potes, quemadmodum clausis oculis iter carpat, vinctis pedibus gradum dirigat: virtute enim divinæ præceptionis operante natura suam non requirebat officium; non jam suo ordini, sed divino nutui, serviebat: agebatur prius, quam parabatur incessus. S. Ambros. l. de fide, resurr. apud Bæza t. 1. l. 2. c. 10. §. 2.

Cervix tua sicut redimicula. Obediencia ejus, cervices appellantur. Cervix ergo ejus speciosa facta est sicut redimicula. & merito: quam enim prius prævaricationis inobediencia turpem fecerat, nunc obediencia fidei speciosam fecit, & pulchram. Orig. in Cant. 1. hom. 2.

Vir quidam Iidorus nomine, Alexandrinæ civitatis primarius; in ipso cœnobio ante hos annos sæculo abrenuntiavit. Hunc pastor ille mirabilis suscipiens, asperumque, & superbum, aspectu ex ipso conjiens, ad eum ait: si revera jugum Christi tollere decrevisti; volo, ut

ante omnia te obedienciæ laboribus exerceas. Cui ille: sicut fabro ferrum subiectum est, ita & ego anctissimè me ipsum obedienciæ expono. Joan. Climacus gr. 4. de obed.

Rogatus S. Franciscus, quis verus obediens judicandus? tolle, inquit, corpus exanime; & ubi placuerit, pone. Videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non reclinare dimissum. Quod si statuatur in cathedra, non alta, sed ima, respiciet: si collocetur in purpura, duplo pallefcet. Jonghen de Sac. profess. Exhort. 30.

Obediencia est spontanea mors, & sepulchrum propriæ voluntatis. Joan. Clim. gr. 4. de obed.

Sicut membra judicantur paralytica, quæ non moventur ad imperium capitis; sic perversus est Religiosus subditus, qui non sentit motum, & imperium Patris Spiritualis. S. Bonavent. diæt. Sal. c. 20. de Religione.

Obediencia navis est, quæ obediens navigat per hoc mare magnum præsentis vitæ; ut perveniat ad portum salutis æternæ. S. Bernardus s. de obed. Evangelica.

Plectrum semper instrumentum est, & esse cupit obediens; ut semper resonet Dominicam cantilenam. Sim. Cass. l. 4. c. 1.

Est obediencia turris fortitudinis, arx securitatis, currus Dei, luna nocturna, sol meridianus, Arca Noe liberans à diluvio; arca fœderis, super quam requiescat gloria invisibilis Dei, Id. ib.

Obediencia, tanquam Crucis patibulum, omnia membra hominis immobiliter atringit: non enim potest ambulare, cum velit; postea est custodia ori ejus. Sic arctata sunt membra, nè liceat eis debita explere officia. Petr. Blesens. s. 21. in Ascens. D.

Reticulum, quod pro lusu pilæ adhibetur. Lem: *Vi modicâ procul.* Picinelli.

Equus Lem: *Omnia nutu.* S. Chrysof. hom. de poena: eum equum laudârim maxime, qui, sine ullâ habenarum vi pro nutu compescitur. Id.

Parata picturæ tabula. Lem: *Que forma placebit.* Bovius.

§. II.

Obediencia præstans virtus.

Num. 1.

Præfertur victimis.

Altres autem perfecisti mihi. Pl. 39. 7. id est, perfectam obedienciam dedisti mihi; quasi verè sacrificium noluisse nec per sacrificia placatus es humano generi; sed per obedienciam meam. Hugo Card. hic.

Sacri.